

*Mysterium absconditum a sæculis,  
nunc autem manifestatum sanctis.*

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli  
ad Colossénses

1, 24-28

**F**ratres:

<sup>24</sup> **N**unc gáudeo in passióibus pro vobis  
et adímpleo, ea quæ desunt passiónum Christi  
in carne mea pro córpore eius, quod est ecclésia,  
<sup>25</sup> cuius factus sum ego míníster  
secúndum dispensatióem Dei,  
quæ data est mihi in vos,  
ut ímpleam verbum Dei;  
<sup>26</sup> mystérium,  
quod abscónditum fuit a sáeculis et generatióibus,  
nunc autem manifestátum est sanctis eius,  
<sup>27</sup> quibus vóluit Deus notas fácere  
divítias glóriæ mystérii huius in géntibus,  
quod est Christus in vobis, spes glóriæ;  
<sup>28</sup> quem nos annuntiámus,  
commonéntes omnem hóminem  
et docéntes omnem hóminem in omni sapiéntia,  
ut exhibeámus omnem hóminem perféctum in Christo.

Verbum Dómini.